neque aliud quid simul cum eo comedere, donec concoctum sit et ad inferiorem ventrem descenderit: nam si vel exiguum quid solummodo cibi cuiuslibet cum eo miscetur, id ipsum corrumpitur et quod postea assumitur. Bonum igitur mane illud bibere simulac mulctum est et post sumtum leniter deambulare a cibis abstinentem: initio enim alvum movet ac dein maxime nutrit neque amplius deturbat intestinum sed etiam sistit alvum: post lac vero boni succi sunt etiam avium ova trementia et veluti sorbilia, minus vero laudabilia in sartagine frixa. Carnes prae omnibus boni succi sunt gallinae et phasiani et gallorum testiculi et reliquarum volucrium carnes, perdicis, inquam, attagenis, columbae, turdi, merularum et parvorum passerum, e quibus troglitae sunt. His autem duriores et digestu difficiliores carnes pavonis et turturis, quibus etiam duriores palumbi carnes et anatis et gruis: sordes in intestinis magis faciunt anserum et cygnorum et tardarum avium carnes. His autem ipsis meliores sunt carnes nondum adultorum animalium i. e. molles; nocivae contra vetustiores et recens natae carnes ipsorum horum animalium. Praestantissimas

---

1) Hoc interpretatione indiget: quid enim est *τὰ ὠὰ τῶν χυτρῶν*? — *χύτρα olla* est, *testa*. — Omnes antiqui et noster paulo inferius damnant *ὠὰ τὰ ταγηνιςά*, cf. Gal. *de alim. fac.* III. 22. Haec autem significari existimo; ita ut fere emendandum censeam *τὰ ἐκ τῶν χυτρῶν*.

2) Apud Aëtium II. 130. et Paulum I. 82. habemus *πέρδικος καὶ ἀτταγῆνος καὶ περιςερᾶς*. Noster diminutiva frequentissime usurpans *ταγηνάριον*, quod vulgo dicitur, voluit, sed *τραγινάριον* dixit, Duc. tamen *ταγηνάριον* e nostro citat. App. p. 181.

ἕως ἂν πεφθῇ καὶ διακαταῤῥυῇ εἰς τὰ κάτω. καὶ γὰρ εἰ καὶ μικρὸν οὑτινοσοῦν προσμιγείη, τοῦτο αὐτό τε διαφθείρεται καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ προσληφθέν. καλὸν οὖν ἐςιν ἐκ πρωΐας πίνειν τοῦτο εὐθὺ μέλγητον καὶ ἀσιτεῖν ἐπ' αὐτῷ ἡσυχῇ περιπατοῦντα. καταρχὰς μὲν γὰρ κινεῖ τὴν κοιλίαν καὶ μετὰ τοῦτο τρέφει μάλιςα καὶ οὐκέτι διαχωρεῖ ἀλλ' ἵστησι τὰ ἔντερα. Μετὰ δὲ τὸ γάλα εὔχυμά εἰσι καὶ τὰ ὠὰ τῶν ὀρνίθων, τὰ τρομητὰ, ἤγουν τὰ ῥοφητὰ, [1] χείρονα δὲ τὰ τῶν χυτρῶν. Κρέατα δὲ εὔχυμα πρὸ πάντων ὄρνιθος οἰκιδίας καὶ φασιανοῦ καὶ οἱ ὄρχεις τῶν ἀλεκτορίων καὶ ἀπὸ τῶν λοιπῶν πετομένων, πέρδικός φημι [2] τραγιναρίου, περιςερᾶς, κίχλης, κοσσύφων καὶ τῶν μικρῶν ςρουθίων, ἐν οἷς εἰσιν οἱ [3] τρωγλῖται. Σκληρότερα δὲ τούτων καὶ δυσπεπτότερα καὶ νευρωδέςερα τὰ τοῦ ταὼ καὶ τῆς τρυγόνος καὶ ἔτι τούτων σκληρότερα τὰ τῆς φάττης καὶ τῆς νήσσης καὶ τοῦ γεράνου· περιττωματικώτερα δὲ τὰ τῶν χηνῶν καὶ κύκνων καὶ [4] ὠτίδων. Τούτων δ' αὐτῶν εὐχυμότερά εἰσι τὰ τῶν ἔτι αὐξανομένων, βλαβερὰ δὲ τὰ παλαιὰ [5] καὶ τὰ νεαγενῆ δὲ τούτων αὐτῶν. κάλλιςα ὄρνιθες οἰκίδιαι καὶ περιςεραὶ αἱ κατ' αἰρῶν διαιτώμεναι· καθόλου δὲ τὰ

---

3) Paulus l. l. ἐν οἷς εἰσιν καὶ οἱ πυργῖται. — Aëtius: καὶ τῶν μικρῶν ςρουθίων, καὶ τῶν πυργίδων (sic). — Hunc ex illo emendes. — Τρωγλίτης et πυργίτης ergo eadem avis? Conf. Du Cang. ad illam vocem.

4) MS. ὑτίδων de scriptura οὐτίδων et ὠτίδων Gal. *de Alim. Facult.* III. 20.

5) MS. καὶ τὰ νεαγενῆ δὲ τούτων αὐτῶν κάλλιςα. ὄρνιθες οἰκήδιαι κ. τ. λ. Haec lectio propterea constare nequit quod iuniorum animalium carnes περιττωματικαί dicuntur. Cf. Gal. *de Alim. Fac.* III. 19. Hinc interpunctionem mutavi.

carnes praebent aves domesticae et columbae in lolio degentes: in universum quae corpus exercent animalia et siccioribus alimentis vescuntur et aërem spirant purum et tenuem contrariis praestant (i. e., humidiora alimenta sumentibus, et corpus non exercentibus); tamen his quoque, modo tenerrimam habeant carnem, ad satietatem usque vesci licet. E quadrupedibus agninis praestant hoedi: magis nocent quae cum pelle coquuntur. E piscibus vero marini et saxatiles, in quibus etiam qui e mare capitur mugil et lupus: tum etiam cartilaginei et gobiones et mustelae, ceterique huius generis, excepto quod duriores sunt triglae maiores. Inter boni et mali succi pisces intermedii sunt targi, buglossi, soleae; et in universum illi pisces sunt saluberrimi, qui viscidi et una iniucundi quid ad gustum habent.

---

1) MS. *τῶν ἀειμνάϛωντων μέντι τιούτων ἦ καὶ μάλιϛα μαλακὴν ἐχὶ τὴν σάρκα καὶ οἷς κορωνετίην.* Locum restituere non potui nisi collato Aëtii cap. 238. II. ubi: *ἔχεις δὲ γνωρίσματα πάσης ζώου σαρκὸς, τό τε ψαφαρὸν καὶ τὸ μαλακόν· οἷς μὲν γὰρ ἂν ὑπάρχῃ τὸ συναμφότερον εἰς κόρον ἐσθίειν. οἷς δὲ θάτερον μοῦνον εσθίειν μέν ποτε, φυλάττεσθαι δὲ εἰς κόρον.* Haec quidem maximam difficultatem *οἷς κορωνετίην* sublevarunt Ad *ἀγυμνάϛων* et locum universum cf. Gal. *de Alim. Fac.* III. 14.

2) *Ἐκεῖθεν* i. e. ex mari: distinguunt duas species marinum et fluviatilem: illum praeferunt. Cf. Gal. *de Alim. Fac.* III. 25. Aëtium II. 137.

3) MS. *λωβιοί.* Licere mihi credidi *κωβιοί* corrigere; cf. Gal. *de Alim. Fac.* III. 29. Aëtium II. 141. Sethi p. 60. cet.

4) Vulgo *γαλέαι*: infra cap. 14. *κοβία* pro vulgato *κώβιοι*: Sunt hae quoque formae deminutivae.

γεγυμνασμένα καὶ τὰ ξηροτέραις τροφαῖς χρώμενα καὶ τὰ καθαρὸν καὶ λεπτὸν ἀναπνέοντα τὸν ἀέρα βελτίονα τῶν ἐναντίων, (τουτέςι τῶν ὑγροτέραις τροφαῖς χρωμένων καὶ [1] τῶν ἀγυμνάςων), τῶν μέντοι τοιούτων εἰ καὶ μάλιςα μαλακὴν ἔχει τὴν σάρκα καὶ εἰς κόρον ἐσθίειν. Τῶν δὲ πεζῶν τῶν ἀρνείων κρείττους εἰσὶν ἔριφοι· βλαβερώτερα τὰ μετὰ τοῦ δέρματος ἑψόμενα. Ἰχθύων δὲ οἱ πελάγιοι καὶ πετραῖοι, ἐν οἷς ἐςι καὶ [2] ὁ ἐκεῖθεν κρατούμενος κέφαλος καὶ ὁ λάβραξ· ἔτι τε καὶ τὰ σελάχια καὶ [3] κωβιοὶ καὶ [4] γαλία καὶ οἱ ἐφεξῆς τούτων πλὴν ὅτι σκληρότεραί εἰσιν αἱ μεγάλαι τρίγλαι. μέσοι δὲ εὐχύμων καὶ κακοχύμων εἰσὶν οἱ [5] θάργοι, βούγλωσσα, [6] ψισσίον. καὶ καθόλου [7] τῶν ἰχθύων κάλλιςοι, ὅσοι μὲν γλισχρότητά τινα καί τινα μέν γε ἀηδίαν ἔχουσιν ἐν τῇ γεύσει.

5) Nomen θάργος de pisce frustra quaesivi. — Σάργον habet Arist. *Hist. An.* VI. 16. — Suspicor tamen loco nostro τάργοι pro τράγοι legendum esse. cf. Plinium XXXII; cap. ult. Athen. VIII. 2.

6) Βούγλωττα et ψῆττα a Gal. una nominantur cap. 30. lib. III. *de Alim. Fac.* ubi hae species inter se admodum similes dicuntur. — MS. ψισίων dat: quin ψῆττα significetur nullus dubito: itaque ψῆττα, ψῆσσα, ψησσίον, ψισσίον et ψηττίον, ψιττίον cf. Steph. *Thes.* Lond. in ψῆσσα p. 10862. C.

7) MS. τῶν οἰχθοίων κάλοιςιόσι μὲν σκληχρότητα τινα μέν τε αἰδίαν ἔχουσην ἐν τῇ γεύσῃ. Dedi quod mihi verosimillimum videbatur. De coniectura καί τινα interposui, credens γλισχρότητά τινα καί τινα μέν γε ἀηδίαν voluisse auctorem: nimirum γλισχρότητα tantum commendari potuisse opinor, ubi modum non excederet. — Forte pro ἀηδίαν voluit εὐηδίαν: talia saepius permutantur.

E quadrupedibus animalibus carnes tenerorum porcellorum, v. c. unum annum natorum et eorum qui nondum biennes sunt, et mammae et pedes: his deteriores nares et aures: ferorum animalium carnes praestantiores quam domesticorum. Panis purus et bene paratus, alica, triticum mola haud ita subtiliter comminutum, hordeum decorticatum et bene coctum. E leguminibus fabae, e fructibus ficus maturae et maturae uvae brevi tempore suspensae; caricae brevi a ventriculo subactae boni succi sunt, sed in ventriculo remorantes malum succum gignunt: cum nucibus vero comestae praestantissimae: quicumque vero cum alio quodam cibo ficus et caricas comedunt, non leviter laeduntur: castaneae non mali sunt succi, nisi quod difficulter digeruntur, sed cocta facile subiguntur. E quibus unguenta fiunt, ex his thus, pistacia et amygdalae. Ex oleribus lactuca et dein intybus. E vinis autem quae boni odoris sunt et facile digeruntur.

---

1) Du Cangius h. l. citat in voce *μαςάριον* in Appendice: legit autem: *καὶ μήπω τὴν διαιτίαν πληρώσαντα· καὶ ταμαςάρια, καὶ οἱ πόδες, τούτων τὰ χείρονα αἱ ῥῖνες καὶ ὦτα.* — En locum, qualem in schedis meis lego: *καὶ τὰ μίπω διετίας πληρώσαντες καὶ ταμαςάρια καὶ ὑπώδες τοῦδε χοιραις αἱ ῥῖνες καὶ ταῦτα.* — Dedi quod salvo sensu ad cod. lectionem proxime accedit.

2) MS. *δε πωρῶν* (sic) plur. num. infra etiam obvius in cap. *ὅσα λεπτύνει*, quem locum cf. Nimirum collato illo loco *ὀπωρῶν* dedi; possit ceterum forsitan *πωρῶν* servari cf. Du C. p. 1051. *ὀπωρικὸν*, *πωρικόν*.

3) cf. Meursium et Du Cang. in *κρεμαςεῖν*.

Τῶν δὲ πεζῶν ζώων αἱ σάρκες τῶν τρυφερῶν χοιριδίων, οἷον τὰ ἐνιαύσια [1] καὶ τὰ μήπω διετίαν πληρώσαντα, καὶ τὰ μαςάρια καὶ οἱ πόδες· τοῦδε χείρους αἱ ῥῖνες καὶ τὰ ὦτα. τῶν δὲ ἀγρίων ζώων ἡ σὰρξ εὐχυμοτέρα τῶν ἡμέρων. Ἄρτος καθαρὸς καὶ καλῶς ἐσκευασμένος· χόνδρος (σίων), σῖτος ἁδρομερὴς ἀληλεσμένος, κριθαὶ ἀπολεπισθεῖσαι καὶ καλῶς ἑψηθεῖσαι. Τῶν δ' ὀσπρίων κύαμοι, τῶν [2] δ' ὀπωρῶν σῦκα ὥριμα καὶ ςαφυλαὶ ὥριμοι [3] κρεμαςοῦσαι ἐπ' ὀλίγῳ· [4] ἰσχάδες ταχὺ μὲν πεφθεῖσαι εὔχυμοι, χρονίσασαι δ' ἐν τῇ γαςρὶ κακόχυμοι γίνονται, μετὰ δὲ καρύων ἐσθιόμεναι κάλλιςαι, ὅσοι δὲ μετ' ἄλλου τινὸς τῶν ἐδεσμάτων ἐσθίουσι τὰ σῦκα καὶ τὰς ἰσχάδας οὐκ ὀλίγα βλάπτονται. τὰ κάςανα οὐ κακόχυμα πλὴν δύσπεπτα, ἑφθὰ δὲ γενόμενα εὔπεπτα. [5] ἐκ ὧν δὲ ἀλλιματων δὲ λαβάνι πιςακὶ καὶ ἀμύγδαλα. Τῶν δὲ λαχάνων μαιούλια καὶ μετὰ ταῦτα ἴντυβα. τῶν δὲ οἴνων οἱ εὐώδεις καὶ εὔπεπτοι [6].

---

4) MS. οἰσχάδες τὰ χοὶ μὲν πευθῆσαι ὡροιμοι χρονίσασθαι δὲ ἐν τῇ γαςροὶ κακόχυμοι γήνονται. Refeci secundum Aëtium lib. II. cap. 250. in quo itidem χρονίσασαι emendandum est. — Pro ωροιμοι ex Aëtii loco εὔχυμοι dedi, antithesi id flagitante.

5) Locum hunc pluribus modis tentavi: iam vero mihi probabilis maxime emendatio haec est: ἐξ ὧν δὲ ἄλειμμα τῶν δὲ λίβανον, πιςάκια καὶ ἀμύγδαλα.

6) h. l. sequuntur in MS. quaedam ad caput ὅσα ῥύπτει, τέμνει καὶ ἐκφράττει transferenda mihi visa, ubi vid. sub finem.

Cap. VI.

Quae facile concoquuntur.

Facile concoquuntur panes bene parati i. e. qui in fermentatione bene emolliti sunt, et bene cocti, quique salis quantitatem idoneam et massae farinaceae et aquae acceperunt. Omnium volucrum carnes veluti perdicis, attagenis, columbae, galli gallinacei et phasiani: facile quoque digeruntur alae anserum: imprimis etiam digestu faciles carnes pinguium et iuniorum animalium, pessimae vero emaciatorum et vetustiorum, et iecur porcellorum lacte ebutyrato enutritorum, similique modo enutritarum volucrum testiculi: e bubulis optimae vitulinae, ex caprinis haedinae, harumque ipsarum eae quae sumuntur ab animalibus in siccis locis degentibus. Et ex oleribus malva, cucumis in coctione aqua fervida elixus, nux avellana et vina dulcia ante cibum epota praestantiora quam austera. Unumquodque vero iucunde comestum melius digeritur quam quod iniucunde.

Cap. VII.

Quae difficulter concoquuntur.

Carnes caprinae, bubulae, cervinae: his vero peiores hircinae, dein arietinae: omniaque animalia vetustiora concoctu difficilia eorumque partes, veluti crura, intestina, uterus, cor, iecur, aures, renes, viscera omnia, cerebrum, cauda et adultorum anima-

1) Forte *ἀλεκτοριώνος* a nom. *ἀλεκτορίων* quam formam in Lexicis non inveni.

Κεφ. ϛ'.

Ὅσα εὔπεπτα.

Εὔπεπτοί εἰσιν ἄρτοι οἱ καλῶς σκευασθέντες ἐν τῇ ζυμώσει καὶ οἱ καλῶς ὀπτηθέντες καὶ ἁλῶν καὶ φυράματος καὶ ὕδατος δεξάμενοι συμμέτρως. Πάντων δὲ πτηνῶν ἡ σὰρξ οἷον πέρδικος, τραγινάριου, περιστερᾶς, [1] ἀλεκτορίωνος καὶ φασιανοῦ. εὔπεπτα καὶ τὰ πτερύγια τῶν χηνῶν· εὔπεπτα καὶ μάλιστα τῶν πίων καὶ νέων, τῶν δὲ ἰσχνῶν καὶ γεγηρακότων χείριστα, καὶ τῶν σιτευθέντων διὰ τυρογάλακτος χοιρίων τὸ ἧπαρ, καὶ τῶν ὁμοίως τραφέντων πεπεινῶν οἱ ὄρχεις. κάλλιστοι δὲ τῶν βοῶν οἱ μόσχιοι καὶ τῶν αἰγῶν οἱ ἔριφοι καὶ τούτων αὐτῶν ὅσοι βόσκονται ἐν ξηροῖς τόποις. καὶ τῶν λαχάνων μαλάχη, κολοκύνθη, ἐκζέστη, ὅταν πεφθῇ. Τὸ λεπτοκάρυον καὶ οἱ γλυκεῖς οἶνοι ἔμπροσθεν πινόμενοι καλλίω τῶν αὐστηρῶν· ἕκαστον δὲ τῶν ἡδέως ἐσθιομένων εὐπεπτότερον τοῦ ἀνηδόνου.

Κεφ. ζ'.

Ὅσα δύσπεπτα.

Αἴγεια κρέα, βόεια, ἐλάφεια· χείρονα δὲ τούτων τὰ τράγεια, ἑξῆς δὲ τὰ τῶν κριῶν, εἶτα τῶν ταύρων· καὶ πάντα τὰ παλαιὰ ζῶα δύσπεπτα καὶ τὰ τούτων μόρια, οἷον σκέλεα, ἔντερα, μήτρα, καρδία, ἧπαρ, ὦτα, νεφροί, σπλάγχνα πάντα, ἐγκέφαλος, [2] οὐρὰ καὶ τῶν τε-

2) In Aëtio alio ordine ὦτα, οὐρά, νεφροί, ἐγκέφαλος, νωτιαῖος μυελὸς καὶ οἱ τῶν τ. ζ. ὁ. Forte in -ων vestigium habemus vocabuli alicuius omissi.

lium testes. Et anseres exceptis alis, palumbi, turdi, merulae, durioresque parvulorum passerum carnes, et magis etiam turturis et anatis et magis pavonis carnes et avium tardarum et omnes ventriculi volucrum. Difficulter digeruntur cochleae, caseus vetustus, murex, astaci, paguri, cancri, locustae, carides, octipedes, sepiae, moschitae, [*loligines?*] calamaria, raia, leviraia, squatina, dracones, gobiones, scorpii, muli, cernuae, pagri. Ova elixa, tosta et in sartagine fricta. Triticum coctum, fabae, ervilia, faseolorum siliquae ipsique faseoli, cicerculae, cicera, oryza, lupini, sorba immatura, uva acida, omnes palmarum fructus, ceratia, citrea excepto cortice, rapum crudius, bulbi crudiores, daucus et omnes olerum radices, ipsaque olera omnia excepta lactuca et intybo, et vina crassa difficulter digeruntur et nova et imprimis aqua.

Cap. VIII.

Quae stomacho amica eumque corroborant.

Magis adstringentes palmarum fructus, mala cydo-

---

1) MS. *μοσχύται* Du Cang. in App. ad Gloss. p. 135. ex h. l. et cap. *ὅσα γλισχροὺς χυμοὺς γεννῶσι. μοσχίτης* citavit. — In cap. isto ad *τά μαλάκια* refertur. In Aëtio habemus *πολύποδες· σηπίαι· τευθίδες*. Licetne hinc efficere idem esse animal *μοσχίτην* et *τευθίδα*? — *τευθίς* certe ad *τὰ μαλάκια* pertinet, aeque ac *μοσχίτης* ad ea refertur.

2) Aëtius *δράκοντες* legit: deminutivum h. l. de pisce quin intelligendum sit non dubito: quum noster ista nomina omnino sectetur.

λείων ζώων οἱ ὄρχεις. καὶ αἱ χῆνες πλὴν τῶν πτερύγων, φάσσαι, κίχλαι, κόσσυφοι καὶ αἱ τῶν μικρῶν ϛρουθίων σάρκες σκληρότεραι, καὶ ἔτι μᾶλλον τρυγόνος καὶ νήσσης καὶ πλέον ἡ τοῦ ταὼ καὶ αἱ τῶν ὠτίδων καὶ αἱ κοιλίαι πᾶσαι τῶν πτηνῶν. δύσπεπτοι οἱ κοχλίαι, τυρὸς παλαιὸς, κογχύλη, ἀϛακοὶ, παγουρία, καρκίνοι, καραβίδες, καρίδες, ὀκτάποδες, σηπίαι, [1] μοσχῖται, καλαμάρια, βάτοι, λειόβατοι, ῥῖναι, [2] δρακόντιον, [3] κοβίδια, σκορπίδια, τρίγλαι, [4] ὄρφοι, φάγρια. ὠὰ ἔκζεστα, ὀπτὰ καὶ ταγηνιϛά· σῖτος ἑφθὸς, φάβα, [5] αὖχος, λόβοι τῶν φασουλίων [6] καὶ αὐτὰ, λάθυρις, ἐρέβινθος, ὄρυζα, θερμία, σοῦρβα ἄωρα, ϛαφυλὴ ὀξύνη, φοίνικες πάντες, ξυλοκέρατα, κίτρον πλὴν τοῦ φλοίου, γογγυλὶς ὠμοτέρα, βολβοὶ οἱ ὠμότεροι, δαῦκος καὶ πᾶσαι αἱ ῥίζαι τῶν λαχάνων, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ λάχανα, πάντα πλὴν μαιουλίων, καὶ ἰντύβου, καὶ τῶν οἴνων οἱ παχεῖς καὶ νέοι δύσπεπτοι καὶ τὸ ὕδωρ πάνυ.

Κεφ. η'.

Ὅσα εὐϛόμαχα καὶ ῥωϛικά.

Φοίνικες οἱ ϛυφώτεροι, μῆλα κυδώνια, [7] ἐλαῖαι κο-

---

3) Cf. Du Cang. in *κοβίδιον*.

4) De *ὄρφος* non *ὀρφός* scribendo Schn. in Lex. ex Etym. M. ubi vide in *ὀρφῶς*. *φάγρια* a *φάγρος*, de quo vocabulo Casaub. ad Athen. p. 156.

5) *Αὖχος* in hoc libello saepius obvium, et ex hoc MS. adnotavit Du Cang. in Appendice.

6) *Καὶ αὐτὰ* i. e. *καὶ αὐτὰ τὰ φασούλια*. Cf. Gal. *de Alim. Fac.* I. 28.

7) Cf. Dioscor. I. 138. Gal. *de Alim. Fac.* II. 27. Athen. II. 47.

nia, olivae muria conditae et magis cum aceto compositae, uvae passae austerae, uva in fossis condita, nuces cum caricis, sinapi, raphana, rapa cocta, nasturtium, Eleodaphnia, bulbi, qui quodammodo appetitum excitant, cetri cortex, medicaminis loco sumta, vinum austerum, absinthium et aloë.

Cap. IX.

Quae ventriculo nocent.

Beta, ita ut vel morsum inferat nimis copiose sumta, rapum crudius stomacho obest, aeque atque illi prodest quod cum garo coctum est, blitum, atriplex, nisi cum aceto edatur, sesamum; lac frigidum in illis, qui frigidam habent ventriculi dispositionem acidum generat, in iis qui calidam nidorem facit: nocet febricitantibus. Pepones haud bene cocti biliosum vomitum ciet, nam vel priusquam corrumpantur ad emesin movendam sunt idonei, itidem nimis copiose sumti, nisi quis cibos boni succi insuper edat. Cerebrum ventriculum laedit et vomitum provocat, si-

---

1) MS. *ϛαφύλοι ἢ ἐντὸς τράφοις ἀποτιθέμενοι.* — Aëtius: *ἢ ἐν τοῖς ϛεμφύλοις ἀποτιθεμένη ϛαφυλή.* Nec tamen *ϛεμφύλοις* idem quod *τράφοις.* — *τράφος* i. g. *ἡ τάφρος*, *fossa*, *vallum* cf. Du Cang. in voce *ϛέμφυλα vinacea.* Res ita explicanda, me iudice: Gal. *de Alim. Fac.* II. 9. de uvis: *καὶ γὰρ εἰς γλεῦκος ἐμβάλλουσιν αὐτὰς καὶ χύτρας καινὰς πληροῦντες ἐναποτίθενται τοῖς ϛεμφύλοις*: docet igitur novas ollas uvis repletas in vinaceis reconditas fuisse. Cf. Catonem *de Re Hist.* VII. » *In eodem fundo suum quidquid conseri oportet, arbustoque vitem copulari. Aminnaeum minusculum et ma-*

λυμβάδες καὶ μᾶλλον αἱ μετ' ὄξους συντιθέμεναι· ϛαφίδες αἱ ϛύφουσαι· [1] ϛαφυλὴ ἡ ἐν τοῖς τράφοις ἀποτιθεμένη. κάρυα μετ' ἰσχάδων, σίνηπι, ῥάφανα, γογγύλια ἑφθὰ, κάρδαμα, ἐλαιοδάφνια, βολβοὶ, οἵ τι καὶ ὄρεξιν ἐμποιοῦσι, τοῦ κίτρου ὁ φλοιὸς ὡς βοήθημα λαμβανόμενα, οἶνος ὁ ϛυφὸς, ἀψίνθιον καὶ ἀλωή.

Κεφ. θ'.

Ὅσα κακοϛόμαχα.

Σεῦτλον, ὡς καὶ δηγμὸν ἐμποιεῖν ὅταν πλέον βρωθῇ, γογγύλιν τὸ ὠμότερον κακοϛόμαχον, ὡς καὶ τὸ γάρῳ ἑψόμενον εὐϛόμαχον· βλίτον, χρυσολάχανον, ἐὰν μὴ μετ' ὄξους καὶ ἐλαίου βρωθῇ, σήσαμον. γάλα ψυχρὸν τοὺς μὲν ἔχοντας ψυχρὰν διάθεσιν τῆς κοιλίας ὀξύνειν ποιεῖ, τοὺς δὲ θερμὴν κνισσοῖ· βλαβερόν ἐϛιν ἐν τοῖς πυρέσσουσιν. πεπόνια μὴ καλῶς πεφθέντα χολερικοὺς [2] ἀποτελεῖ. καὶ γὰρ καὶ πρὶν διαφθορεῖν εἰς ἔμετον ἐπιτήδειά εἰσιν, καὶ πλείω βρωθέντα, ἐὰν μή τις αὐτοῖς τῶν εὐχύμων ἐδεσμάτων ἐπιφάγῃ. ἐγκέφαλος καὶ κακοϛόμαχος, καὶ εἰς ἔμετον παρορμᾷ, ὥσπερ καὶ τῶν ὀϛῶν μυε-

---

iusculum et Apicium. Haec in ollis, ollae in vinaceis conduntur." Haec bene habent. Ubinam vero ista vinacea servabantur? Id, ni fallor, noster docet: nimirum in τράφους coniecta fuisse videntur, indeque explicanda dictio ϛαφυλὴ ἡ ἐν τοῖς τράφοις ἀποτιθεμένη. Huc facere videntur duo loci Hesychii. Σιροῖς. ὀρύγμασιν ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα. et imprimis Σιρούς. — τάφρους ἐσκεπασμένους. Cf. Etymol. M. v. Σιρός.

2) MS. ἀπόπατι. — Aëtius: χολερικοὺς ἀποτελεῖν εἴωθε, unde emendavi.

cuti et ossium medulla: vinum nigrum et austerum facile acescit et vomitum ciet, item crassum ac novum.

Cap. X.

Quae detergent, secant, et obstructiones adimunt.

Hordeum, foenograecum, melopepo, uvae passae dulces, fabae, cicera et imprimis nigra, capparis, praesertim quae cum oxymelle vel aceto cum oleo ante alios cibos comeditur, betae succus ipsaque beta, quando cum sinapi vel aceto sumitur, rumex, bulbi, cepae, allium, porrum bis vel ter cocta acerbitatem exuunt. Similiter attenuat serum; detergunt et ficus, quo fit ut arena multa in renum morbo laborantibus quum eas comedunt excernatur; caricae, amygdalae, pistacia, crambe, mel, oxymel, vina tenuia: sin autem frigidi simul sunt humores vina sint tum vetusta tum aquosa. Quodsi obturatio adest aqua gari iusculorum sumatur et vina generosa tenuia et alba: allium et cepae cocta: et pro condimento imprimis hyeme adiicienda piper, origanum, thymbra, pulegium, sinapi, eruca, apium, petroselinum, ra-

---

1) MS. τιλὶ dedit. Vulgata forma, est τῆλις; noster h. l. τιλὶ et infra bis τήλοι: unde efficias eum τήλη voluisse.

2) MS. μιλαπέπων. cf. Aëtium 258. II.

3) Ἔμπροσθεν i. e. πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων σιτίων, ut habet Aëtius.

4) Quae h. l. in capite nostro sequuntur, usque ad finem, e cap. 5. huc transtuli, cf. notam 6. p. 243.

5) MS. θρύβον, quod fortasse retineri potuisset: vide θρύβη apud Du Cang. in θρύμβη. Θρύμβον praetuli collato

λός. οἶνος ὁ μέλας καὶ ϛυφὸς εὐκόλως ὀξίζει καὶ εἰς ἔμετον ὁρμᾷ καὶ ὁ παχὺς καὶ ὁ νέος.

Κεφ. ι'.

Ὅσα ῥύπτει, τέμνει καὶ ἐκφράττει.

Κριθὴ, [1] τήλη, [2] μηλοπέπων, ϛαφίδες γλυκεῖαι, φάβα, ἐρέβινθοι καὶ μᾶλλον οἱ μέλανες, κάππαρις, καὶ μᾶλλον ἡ δι' ὀξυμέλιτος ἢ ὀξελαίου [3] ἔμπροσθεν ἐσθιομένη, σεύτλου χυλὸς καὶ αὐτὸ τὸ σεῦτλον, ὅταν μετὰ σινήπεως ἢ ὄξους ἐσθίηται, λάπαθον, βολβοὶ, κρόμμυα, σκόροδα, πράσα ἑψηθέντα δὶς ἢ τρὶς ἀποτίθενται τὴν δριμύτητα· λεπτύνει δὲ ὁμοίως τυρόγαλα· καὶ σῦκα ῥύπτει, διὸ καὶ ψαμίθα οὖσα πολλὴ τοῖς νεφριτικοῖς ἐσθίουσι ταῦτα ἐκκρίνεται. ἰσχάδες, ἀμύγδαλα, πιϛάκια, κράμβη, μέλι ὀξύμελι· οἱ λεπτοὶ τῶν οἴνων· ἂν δὲ καὶ ψυχροὶ τυγχάνωσιν οἱ χυμοὶ, ἔϛωσαν καὶ παλαιοὶ καὶ ὑδατώδεις οἶνοι. [4] Ἐμφράξεως δὲ συμβαινούσης λαμβάνειν τὸ ὕδωρ γάρου τῶν ζωμῶν· καὶ τῶν οἴνων τοὺς καλοὺς καὶ λεπτοὺς καὶ λευκούς· τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα ἑφθά· καὶ ὡς ἄρτυμα καὶ μάλιϛα κατὰ τὸν χειμῶνα βάλλειν πέπερι, ὀρίγανον, [5] θρύμβον, βλυσκούνην, σίνηπι, εὔζωμον, σέλινα, πετροσέλινα, ῥάφανα, ἡδύοσμον, [6] πεντάρτυ-

---

eodem in Append. in eadem voce, ubi vide Eustathii locum.

6) h. l. Du Cangii error notandus, qui *πεντάρτυμα* vertit in App. *compositio s. confectio medica e quinque speciebus;* locum adfert seq. *καὶ ὅσα διὰ σπερμάτων σκευάζεται, ἐν οἷς εἰσέρχεται πεντάρτυμα καρναβάδην, βλησκούνην καὶ ὅσα τοιαῦτα.* — Ex his aeque ac loco nostro patet *πενράρτυμα* plantae nomen esse. Fortasse menthae species. Planta certe bene fragrans.

phana, mentha, pentartyma, anethum, cyminum, anisum, daucus, omnia ista condimenta habenda ciborum acrium.

Cap. XI.

Quae obturant.

Lac parum seri habens haud tuto magna copia sumitur, quippe renes laedit et duros reddit: iecur etiam obturant caricae et ficus post cibum sumtae mixtae vero cum origano vel hyssopo vel pipere, et ante cibum alium comestae non parvam utilitatem adferunt. Aqua mulsa non convenit iis, qui viscerum morbis laborant: palmulae virentes et quaecumque liborum nomine veniunt et e similagine parantur obstruunt et lienem volumine augent, et calculos generant: itidem farina triticea cum lacte, etiam vinum dulce obturat et viscerum volumen auget.

Cap. XII.

Quae alvum ducunt.

Lentis dum coquitur decoctum primum, ac praecipue conditum oleo vel garo, et iusculum testa coopertorum animalium, veluti astacorum et pagyrorum et id genus aliorum. Nam si haec decoxeris et decoctum olei vel gari ope, sicuti dictum est, et piperis condiveris iis prodest, qui alvum laxam habent; imo vero etiam iuscula echinorum marinorum et con-

μα, ἄνηθον, κύμινον, ἄνισον, δαῦκον. ταῦτα πάντα ἀρτύματα ἔχειν τῶν δριμειῶν τροφῶν.

Κεφ. ιά.

Ὅσα ἐμφράττει.

Γάλα τὸ ἔχον ὀλίγον τυρόγαλα οὐκ ἀσφαλές ἐςι τοῖς ἐν αὐτῷ πλεονάζουσιν, ὡς βλάπτειν (καὶ) νεφροὺς καὶ σκληροὺς ποιεῖν· ἐμφράττει καὶ τὸ ἧπαρ ἰσχάδες καὶ σῦκα ἐπὶ τῇ τροφῇ λαμβανόμενα· μιγνύμενα δὲ ὀριγάνῳ, ἢ ὑσσώπῳ, ἢ πεπέρι καὶ ἐσθιόμενα ἔμπροσθεν οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἔχουσιν. εὐκρατόμελι ἀνεπιτήδειον τοῖς κακοσπλάγχνοις· φοίνικες οἱ χλωροὶ καὶ ὅσα δι᾽ ἰτρίων καὶ σεμιδάλεως σκευάζονται ἐμφρακτικὰ καὶ σπληνὸς αὐξητικά, καὶ λίθων ποιητικὰ ὁμοίως. καὶ ἄλευρα μετὰ γαλακτός, καὶ οἶνος ὁ γλυκὺς ἐμφράττει καὶ τοὺς ὄγκους τῶν σπλάγχνων αὐξάνει.

Κεφ. ιβ΄.

Ὅσα ὑπάγει γαςέρα.

Φακῆς τὸ πρῶτον ἀπόζεμα ἐν τῇ ἑψήσει καὶ μάλιςα ἀρτυόμενον δι᾽ ἐλαίου ἢ γάρου. καὶ τῶν ὀςρακοδέρμων ὁ ζωμός, οἷον ἀςακῶν τε καὶ παγουρίων καὶ τῶν ὁμοίων· καὶ γὰρ ἑψήσας αὐτά, εἶτα ἡδύνας τὸ ἀφέψημα δι᾽ ἐλαίου ἢ γάρου, ὡς εἴρηται, καὶ πεπέρεος ποιεῖ τοῖς εὔλυτον ἔχουσι τὴν κοιλίαν. ἀλλὰ καὶ τῶν θαλασσίων ἐχίνων καὶ τῶν κογχαρίων καὶ τῶν κοχλιῶν οἱ ζωμοὶ καὶ

charum et cochlearum et vetustorum gallorum. Panes confusanei, propterea quod plurimum furfuris continent: foenograeci iusculum prodest cum parva mellis quantitate coctum, subducit enim omnes in intestinis pravos humores. Mel autem parce admisceatur propterea quod mordet. Olivae muria conditae cum garo ante cibos comestae: serum lactis cum paucillo mellis optimi; quodsi magis alvum subducere velis succos, de quibus sermo fuit, plus salis adiiciendum erit. Iuniorum animalium carnes magis alvum subducunt, quam vetustiorum. Beta, rumex, mercurialis, eorumque decoctum cum sale: caseus recens cum melle: atriplex, blitum, cucurbita, pepones, ficus, uvae dulces succi plenae: mora pura continuo ventriculo ingesta et ante alium cibum sumta alvum ducunt, post cibum vero meliorem succum gignunt: similiter quoque corrumpuntur ubi iam malae notae humor in ventriculo adest. Idem facit quoque cucumis et nuces virentes et siccae in aqua maceratae et decorticatae. Pruna Damascena succi plena et e siccatis quae aqua mulsa macerantur vel si sola haec quis sumat; sin autem insuper aquam mulsam etiam bibat, magis alvum subducunt. His igitur vinum dulce superbibere conducit nec continuo post sumta prandere sed tempus aliquod antequam edas praetermittere Cerasa matura, mala armeniaca, persica matura omniaque succulenta et aquosa ei conducunt, cui facile alvus descendit: verum etiam pro-

1) *Κυβαρός* vid. apud Du Cang. infra habemus *ἄρτοι πιτυρώδεις καὶ κυβαροί.* cap. 22.

2) *Πάνυ νέων* ex Aëtio adscripsi; MS. id omittit.

τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων. Ἄρτοι [1] κυβαροὶ διὰ τὸ πλεῖςων μετέχειν πιτύρων, τήλεως ὁ ζωμὸς ἑψηθεὶς μετὰ μετρίου μέλιτος ἐπιτήδειός ἐςιν· ὑπάγει γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ἐντέροις μοχθηροὺς χυμοὺς ἅπαντας· τὸ δὲ μέλι ὀλίγον ἔςω τῇ κράσει διὰ τὸ δακνῶδες. ἐλαῖαι κολυμβάδες μετὰ γάρου πρὸ τῶν σιτίων ἐσθιόμενα, τυρόγαλα μετὰ μέλιτος καλλίςου ὀλίγου. εἰ δὲ βούλει ὑπακτικωτέρους ποιῆσαι τοὺς χυμοὺς, οὓς εἴπομεν, ἅλας ἔμβαλλε πλέον. τὰ τῶν [2] πάνυ νέων ζώων κρέα τῶν παλαιῶν μᾶλλον ὑπάγει. σεῦτλον, λάπαθον, λινόζωςις καὶ τὸ ἀπόζεμα αὐτῶν σὺν ἁλσίν, νεαρὸς τυρὸς μετὰ μέλιτος, χρυσολάχανον, βλίτον, κολοκύνθη, πέπονες, σῦκα, ςαφυλαὶ γλυκεῖαι, ὅταν ὦσιν ὑγραί. συκάμινα [3] καθαρὰ ἀεὶ ἐμπεσόντα τῇ γαςρὶ καὶ πρῶτον ἐσθιόμενα ὑπάγει τὴν κοιλίαν, εὐχυμότερα δὲ ὕςερον, καὶ κακοχυμίαν εὑρόντα ἐν τῇ γαςρὶ διαφθείρεται ὡσαύτως. καὶ ἡ κολοκύνθη ὡσαύτως ποιεῖ, καὶ τὰ κάρυα τὰ χλωρὰ, καὶ τῶν ξηρῶν τὰ ἐν ὕδατι βεβρεγμένα καὶ ἀπολελεπισμένα· δαμασκηνὰ τὰ ὑγρὰ καὶ τῶν ξηρῶν τὰ εἰς εὐκρατόμελι βεβρεγμένα κἂν μόνα τις αὐτὰ φάγῃ, ἐὰν δὲ ἐπιῤῥοφήσῃ καὶ ἀπὸ τοῦ εὐκρατομέλιτος πλέον ὑπάγει· [4] οἷς ἂν γλυκὺν οἶνον ἐπιπιεῖν καὶ μὴ εὐθέως ἐπαριςῆσαι, ἀλλὰ διαλείπειν τινὰ χρόνον. κεράσια ἁπαλὰ, βερίκοκκα, ῥοδακινὰ ἁπαλὰ καὶ πάντα τὰ ὑγρὰ καὶ ὑδατώδη πρὸς τὸν ἐπιτηδείως ἔχοντα τὴν γαςέρα εἰς διαχώρησιν ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο μέσον πώς ἐστι τῶς τοιούτων βρωμάτων ἡ ὕλη, διὰ τὸ μηδεμίαν αὐτοῖς ὑπάρχειν δριμύτητα ἢ νιτρώδη

---

3) Καθαρά interpretandum videtur, quibus nihil admistum est condimenti cuiuscumque generis, s. potius, quae sola per se sine aliis cibis adsumuntur.

4) Malim τούτοις οὖν γ. ὁ. ἐ. cf. Aëtium.

pterea temperata est horum eduliorum substantia quod nulla illis sit acrimonia nec nitrosi quid insit: verum etiam vinum dulce ad hoc valet.

Cap. XIII.

Quae alvum sistunt.

Palmulae austerae, uvae passae austerae, mora non matura, rubi et rubicanini fructus, magis myrti baccae, pruna, mala austera, dulcia vero et quae potius dulcia quam austera sunt alvum movent: dicuntur haec quoque epirodia et epapia. Lac, si quis illud coquat donec serum lactis dissipetur: astaci, paguri, cancri, locustae, si coquantur et ab humore, qui illis inest, liberentur, alvum sistunt, quod itidem

---

1) Exspectaveris fere *ἀλλὰ καὶ*, neque enim vinum dulce aut acre aut nitrosum adeo est, ut opponi possit iis quae has qualitates non habent. Aëtius: *οἶνος ὁ γλυκὺς συμβάλλεται τῇ κατὰ γαςέρα διεξόδῳ. γλεῦκος ὑπάγει.* Etiam hic igitur modicam tantum virtutem *ἐκκοπρωτικήν* vino dulci tribuit.

2) Du Cangius in Gloss. » *βάτζινα. Stirpis species, forte Ranunculum, cuius flores* Bacinets *nostri vocant — Anonymus* MS. de Diaeta: *συκάμινα, βάτζινα, κεδρόκοκα, καναβόκοκα φοινίκια.*" Unde locus quem citat, nescio: id autem scio *βάτζινα* vel *βάτζηνα* non esse ranunculum. Aëtius h. l. *βάτινα*, nec dubito quin haec noster *βάτζηνα* vocaverit. *Βάτινα* in suppl. notavit Du Cang. De *βάτῳ* Diosc. IV. 37. et Sprengel in comm. ad h. l. De scriptura *βάτινα*, *βάτιά* cf. Casaub. ad Athen. p. 65. Suppl. ad Lex. Schn.

3) Cf. Du C. in *λαγίνιδιν*, ubi e Gl. Iatricis *κυνοκέφαλον* ita exponitur. Sed Hesychius *κυνοκεφάλαιον* exponit per

ποιότητα. [1] ἀλλ' ὁ γλυκὺς οἶνος ἐπιτηδείως ἔχει πρὸς τοῦτο.

Κεφ. ιγ'.

Ὅσα ἐπέχουσι τὴν γαςέρα.

Φοίνικες οἱ ςυφοὶ, ςαφίδες αἱ ςύφουσαι, συκάμινα τὰ ἄωρα, [2] βάτζηνα· ὁ δὲ τῆς [3] λαγίνιδος καρπὸς, πλέον τὰ μυρσιόκοκκα, προῦνα, μῆλα τὰ ςύφοντα, [4] τὰ δὲ γλυκέα καὶ τὰ γλυκύτερα ἢ δριμύτερα κινεῖ, ταῦτα καὶ ἐπιρούδιον καὶ ἐπάπιον λέγεται. τὸ γάλα ἐάν τις αὐτὸ ἑψήσῃ ὡς δαπανηθῆναι τὸ τυρόγαλα. οἱ ἀςακοὶ, παγούρια, καρκίνοι, καραβίδες, ἐὰν ἑψήσῃ τις αὐτὰ καὶ κενώσῃ τῶν ὑγρῶν αὐτῶν, κρατεῖ τὴν κοιλίαν, ὥσπερ

ἀνεμώνη: in Diosc. ad ψύλλιον adnotatur: οἱ δὲ κυνοκέφαλιον. Neutra planta huic loco convenit. Forte confusio locum obtinuit seqq. explicanda. Glossarii auctor similitudine nominum, ut videtur, deceptus κυνόσβατον volens scripsit κυνοκέφαλον. Κυνόσβατος scilicet h. l. spectari videtur: nam aptissime coniunguntur βάτζηνα ὅ τε (sic pro ὁ δὲ lego) τῆς λαγίνιδος καρπός i. e. βάτινα s. βατία, ὅ τε τῆς κυνοσβάτου καρπός. Iidem fructus coniunguntur a Gal. *de Alim. Fac.* II. 13. 14.

4) Locum describam, qualem in MS. reperi: τὰ δὲ γλυκέα καὶ τὰ γλυκύτερα δρυμύτερα κινοὶ τοῦτα καὶ ἐπιροίδιον καὶ ἐπάπιον λέγεται. Nomina ἐπιρούδιον et ἐπάπιον in Lexx. desiderantur. Haud ita certum mihi quid indicent. In Glossis Botan. MSS. ἐπίμηλον, μῆλον ἄγριον: itaque ἐπιροίδιον accipere possis de granatis sylvestribus; ῥούδιον apud Du Cang in voce ῥόδιον ubi vide: similiter forte ἐπάπιον apium sylvestre; possunt etiam indicare mala in punicam et in pirum insita.

fit cum ostreis et omidiis similibusque: lens et crambe bis coctae, dein altera utra rursum in aliam aquam calidam iniecta et fortiter cocta donec emolliatur, eiusque iusculum alvum sistit, item oryza, melium, ova fricta, vinum austerum et fulvum.

Cap. XIV.

Quae mali succi sunt.

Cacochymiae non una est species: alia enim magis est pituitosa, alia magis biliosa, alia potius melancholica. Abstinendum autem ab omnibus alimentis, quae mali succi sint; quamvis enim facile digerantur tempore malum succum habent in venis collecta, dein a levi causa incipiens putredo febres malae indolis gignit. Mali succi autem sunt ista: ovium caro similiterque caprarum ita ut acerba sit simul, pessima hircorum, dein arietum, postea taurorum. Inter has omnes optima est, quae ab animalibus castratis proveniunt, vetustae autem longe deteriores iunioribus: leporina caro sanguinem facit crassiorem: succi bonitate praestant bubulae et ovillae: mali autem succi sunt quoque cervorum renes, mali itidem succi testi-

---

1) Quum in ceteris bona et mala ciborum genera fere alternis sibi subsequantur, cogitaveram de hoc capite post quintum inserendo, quorsum si etiam nunc aliquis translatum cupiat, non adversor; ego vero non feci, quod sex seqq. capita apte hocce praegreditur, ita ut haec itidem transferenda essent. — Neque arbitror multum facere ad res melius intelligendas, modo ne silentio hoc praetereamus.

καὶ ἐπὶ τῶν ὀςρουδίων καὶ ἐπὶ τῶν ὀμιδίων καὶ τῶν ὁμοίων· φακῇ καὶ ἡ κράμβη δεύτερον ἑψηθεῖσαι εἶτα ἐμβληθεῖσα θατέρα τούτων ἐν ἑτέρῳ θερμῷ καὶ ἰσχυρῶς ἑψηθεῖσα ἕως ἂν ἁπαλυνθῇ, καὶ ταύτης ὁ ζωμὸς ἐπέχει. ὀρίζιν, κεγχρὶς, τὰ ταγηνιςὰ ὠὰ, οἶνος ςυφὸς καὶ ξανθός.

Κεφ. ιδ'.

[1] Ὅσα κακόχυμα.

Τῆς κακοχυμίας οὐχ ἓν εἶδος· ἡ μὲν γὰρ φλεγματικωτέρα ὑπάρχει, ἡ δὲ χολωδεςέρα, ἄλλη μελαγχολικωτέρα. ἀπέχεσθαι δὲ χρὴ πάντων τῶν κακοχύμων ἐδεσμάτων, [2] κἂν εὔπεπτα γὰρ ὦσιν, εἶεν τῷ χρόνῳ κακόχυμα θησαυριζόμενα ἐν ταῖς φλεψὶν, ἐπειδὰν ἀφορμῆς ὀλίγης ἐπιλαβομένη ἡ σῆψις πυρετοὺς χαλεποὺς ἀπεργάζηται. εἰσὶ δὲ κακόχυμα τάδε· τῶν προβάτων ἡ σὰρξ καὶ τῶν αἰγῶν ὁμοίως μετὰ δριμύτητος, ἡ δὲ τῶν τράγων χειρίςη ἐφεξῆς καὶ τῶν κριῶν, εἶτα τῶν ταύρων· ἐν πᾶσι δὲ τούτοις ἡ τῶν εὐνουχισθέντων καλλίςη, τὰ δὲ παλαιὰ χείριςα τῶν νέων· τῶν λαγωῶν σὰρξ αἵματος μὲν ἐςι παχυτέρου γεννητική· βελτίονες δὲ εἰς εὐχυμίαν [3] βοὸς καὶ προβάτου· κακόχυμοι δὲ καὶ τῶν ἐλάφων οἱ νεφροί, κακόχυμοι καὶ οἱ ὄρχεις τῶν ἐπιπλέον ηὐξημέ-

2) MS. ευπεπταται υσὶν ειεν τω χρ. κ. θυσαυριζώμενα ε τες φλέψιν ἐπιδὰν ἀφορμοῖς ὁ λυγων ἐπιλ. ἡ σίψις. Etiamsi aliquatenus scripturam restitui, tamen nondum integra videtur; malis: κἂν γὰρ εὔπ. γε. ὦσιν, εἶεν ἂν τ. χρ. κ. τ. λ. tum vero pro ἐπειδὰν desideres ἔπειτα.

3) Aëtius ἢ κατὰ βοῦν καὶ πρόβατον.

culi animalium adultorum, gallis exceptis, et cerebrum quodvis et spinae medulla, et lien: hepar autem paulo peioris succi, deteriora vero omnia animalium viscera. Mali succi sunt ova fricta, casei vetusti, bulbi, amanitae, foenograecum, lens, tipha, avena, panicum, milium, et quae huius sunt generis bonum succum non habent. E piscibus autem gobiones, mustelae, scorpii, cernuae, muli qui cancerculis vescuntur, et magni e piscibus et omnes fructus horaei; ficus autem inter ceteros parum mali succi sunt, similiter etiam uvae mali succi, caricae copiose illas sumentibus, pira immatura, cinara, imprimis ubi circa coctionem obduruerunt, cucumeres, pepones, quibus praestat cucurbita, modo bene cocta sit. Nullum ex oleribus boni est succi: verum inter mali et boni succi intermedia sunt lactuca et intybum, ac dein malva, tum utriplex et portulaca et blitum et rumex: radices vero plantarum oleracearum quae acres sunt mali sunt succi: item cepae et porrum et allium et crambae caulis, dauci, rapa, bulbi non probe cocti: cepae vero et porrum et allium et ampeloprasum bis cocta malo succo liberantur: agrestia vero olera longe pessimi sunt succi, sicuti lactuca

---

1) MS. *κοβύα.* cap. 5. *λωβιοὶ* in *κωβιοί* mutavi: h. l. *κόβια* vel *κοβία* utrum reciperem nec ne dubitavi, deminitivum si voluisset, *κωβίδιον* vel *κοβίδιον* dedisset: hoc in Gloss. Du Cangius: — sed quum cap. 5. *γαλία*: pro vulgato *γαλέαι* dedisset, non licere mihi credidi *κοβία* reiicere.

2) Gal. *de Alim. Fac.* III. 27. in fine: *αἱ γοῦν τὰς καρκινάδας ἐσθίουσαι καὶ δυσώδεις εἰσὶ καὶ ἀηδεῖς, καὶ*

νων, πλὴν τῶν ἀλεκτρυόνων, καὶ πᾶς ἐγκέφαλος καὶ ὁ τῆς ῥάχεως μυελὸς καὶ ὁ σπλήν· τὸ δὲ ἧπαρ ὀλίγῳ κακοχυμότερον. χείρω δὲ πάντα τὰ σπλάγχνα τῶν ζώων. Κακόχυμα ὠὰ ταγηνιςὰ, τυροὶ παλαιοὶ, βολβοὶ, ἀμανῖται, τήλη, φακῆ, τίφη, βρώμη, ἔλυμη, κέγχρος καὶ τὰ τοιαῦτα οὐκ εὔχυμα. τῶν δὲ ἰχθύων [1] κοβία, γαλέαι, σκορπίδια, ὄρφοι, [2] τρίγλαι, αἱ τὰς καρκινάδας ἐσθίουσαι, καὶ οἱ μεγάλοι τῶν ἰχθύων καὶ πάντα τὰ ὀπωρώδη. σῦκα δὲ ὀλίγα τῶν ἄλλων κακόχυμα, καὶ αἱ ςαφυλαὶ ὁμοίως κακόχυμοι, ἰσχάδες τοῖς αὐτῶν πλεονάζουσιν, ἄπια ἄωρα, κινάρα, καὶ μᾶλλον ὅταν περὶ τὴν ἕψησιν σκληρότερα γένηται, ἀγγούρια, πεπόνια, ἡ δὲ κολόκυνθα τούτων μὲν ἐςι καλλίων ἐὰν καλῶς πεφθῇ. τῶν δὲ λαχάνων οὐδέν ἐςιν εὔχυμον. μέσον δὲ τῶν εὐχύμων καὶ κακοχύμων ἐςὶ τὸ μαιούλιον καὶ τὸ ἴντυβον καὶ μετὰ ταῦτα μαλάχη, εἶτα χρυσολάχανον, καὶ χοιροβότανον καὶ βλίτον καὶ λάπαθον. αἱ δὲ ῥίζαι τῶν λαχανωδῶν φυτῶν κακόχυμοί εἰσιν, ὅσαι δριμεῖαι. τὰ δὲ κρόμμυα καὶ πράσα καὶ σκόροδα καὶ [3] κραύλων ὁ καυλὸς, δαῦκοι, γογγύλοι, βολβοὶ οἱ μὴ ἑψηθέντες καλῶς. τὰ κρόμμυα δὲ καὶ τὰ πράσα καὶ τὰ σκόροδα καὶ ἀμπελόπρασα δὶς ἑψηθέντα ἀποτίθενται τὴν κακοχυμίαν. τὰ δ' ἄγρια λάχανα κακόχυμα ἐσχάτως εἰσὶν, οἷον ἀγριομαιούλιον,

---

δύσπεπτοι, καὶ κακόχυμοι. διάγνωσις δ' αὐτῶν, πρὶν μὲν ἐσθίειν ἀναπτύξαντι τὴν κοιλίαν, ἐσθίοντι δὲ κατὰ τὴν πρώτην εὐθέως ὀσμήν τε καὶ γεῦσιν. Cf. ibid. cap. 30. Aëtium II. 139. Sym. Seth. p. 125.

3) Vocabulum Lexicis ignotum, me iudice e κραμβῶν corruptum, ita ut κραυβῶν in κραυλῶν transierit. κράμβη, κραύβη infra obvium atque eiusdem generis ac σεπτέμβριος, σεπτεύβριος, δεκέμβριος, δεκεύβριος. cet.

sylvestris, sonchus, seris, hisque similia: et e vinis crassa, mali odoris, et austera.

Cap. XV.

Quae pituitam generant.

Partes animalium in quibus tendines, veluti pedes et pelles, cerebrum, pulmo, spinae medulla, agnina caro, amanitae, caro testaceorum animalium et piscium mollis carnis et mala immatura.

Cap. XVI.

Quae melancholicum humorem gignunt.

Carnes bubulae, caprinae, et magis etiam taurinae et hircinae et leporinae, quadrupedum caro sale condita: e marinis animantibus thunni, cochleae: ex oleribus crambae: arborum germina muria et acida muria condita. E leguminibus atram bilem gignit imprimis lenticula, dein panes furfuracei et qui ex tipha et milio et vicia parantur. E vinis crassa et nigra.

Cap. XVII.

Quae bilem gignunt.

Ceratia, cinara, mel, nisi quod hoc in calidis tantum corporibus in bilem convertatur, et vina dulcia.

---

1) Conf. *ζωχίν* et *ζώχινον* apud Du Cang. in Appendice.

2) Mirum in modum *ἀμανῖται* h. l. inseruntur: indicium forte locum mutilatum esse; malim ante *μῆλα* inserere.

3) MS. *ἁπλῶν σάρκων*. Non dubito quin vera lectio sit, quam exhibui, pro magis vulgato *μαλακοσάρκων*. v. c.

[1] ζωχία, πικρίδες καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. καὶ τῶν οἴνων οἱ παχεῖς καὶ δυσώδεις καὶ αὐστηροί.

Κεφ. ιε'.

Ὅσα φλέγμα γεννᾷ.

Τῶν ζώων τὰ νευρώδη μόρια, ἤτοι πόδες καὶ τὰ δέρματα, ἐγκέφαλος, πνεύμων, ὁ μυελὸς τῆς ῥάχεως, ἡ τῶν ἀρνίων σὰρξ, [2] ἀμανῖται, ἡ σὰρξ τῶν ὀστρακοδέρμων καὶ τῶν [3] ἁπαλοσάρκων καὶ μῆλα ἄωρα.

Κεφ. ιϛ'.

Ὅσα μελαγχολικὸν γεννῶσι χυμόν.

Κρέα τὰ βόεια, αἴγεια καὶ μᾶλλον τὰ τῶν ταύρων καὶ τράγων καὶ λαγωῶν, τὰ [4] παστὰ κρέα τῶν τετραπόδων, τῶν δὲ θαλασσίων θύνναι, κοχλίαι, τῶν δὲ λαχάνων κράμβαι. τῶν δένδρων οἱ βλαστοὶ δι' ἅλμης καὶ ὀξάλμης συντιθέμενοι. τῶν ὀσπρίων μελαγχολικώτερός ἐστι ὁ φακὸς τῶν ἄλλων καὶ μετ' αὐτὸν οἱ πιτυρίαι τῶν ἄρτων καὶ οἱ ἐκ τῆς τύφης καὶ κέγχρου καὶ βίκου, τῶν δὲ οἴνων οἱ παχεῖς καὶ μέλανες.

Κεφ. ιζ'.

Ὅσα χολῆς γεννητικά.

Ξυλοκέρατα, κινάρα, τὸ μέλι, [5] πλὴν ἐκχολοῦται ἐπὶ τὰ θερμὰ σώματα, καὶ οἱ γλυκεῖς οἶνοι.

Gal. *de Alim. Fac.* III. 30. Φιλότιμος — περὶ τῶν μαλακοσάρκων ἰχθύων οὕτως ἔγραψεν.

4) Aëtius κρέα ταριχευθέντα τῶν τ. ζώων.

5) Cf. Gal. *de Rem. Simpl.* IV. 17.

Cap. XVIII.

Quae glutinosos humores generant.

Panes similaginei ipsaque similago, cartilaginosae animalium partes, aures, nares, et partes circa labia, caro porcina, agnina. Itidem bulbi et palmulae pingues, etiam virentes, et rapa et caro testaceorum animalium detracto multa coctione iusculo, et quae mollusca dicuntur, veluti octipodes, sepiae, calamaria, moschitae, alii pisces veluti thunni, lacerti, xiphiae. Animalium partes, ventriculus, intestina, uterus, lac ebutyratum, casei vetusti eadem frigidos etiam humores gignunt. Cyminum, levistici semen et radix, lini semen et cannabis, faba frixa, bulbi in oleo garoque cocti cum aceto comesta, inprimis oxymel despumatum, ita ut et flatus prorumpere faciat, panes hordeacei.

---

1) Conf. Du Cang. in voce in Gloss. et in App. ubi locus noster citatur.

2) De hoc vocabulo vide Du Cang. in *μήτη*. — et Schneid. in *μύτις*: » für Nase und *Atramentum Sepiae* findet es sich nirgends.'' cap. 5. *αἱ ῥῖνες καὶ τὰ ὦτα* a nostro coniunguntur. — Itaque h. l. saltem *nares* interpretor. In Indice capp. Ioannis Archiatri MS. cap. 8. *ὅπου ῥέῃ αἷμα ἀπὸ τὴν μίτην.*

3) In his MS. quam maxime potui sum secutus, licet locus integer esse non videatur. Cod: *καὶ τὰ περιτράχιλα τὰ χοιροίων κρέας τὸ χλοροῦ.* — Aëtius II. 241. *ἱκανῶς*

Κεφ. ιη'.

Ὅσα γλισχροὺς χυμοὺς γεννῶσι.

Οἱ σεμιδαλῖται ἄρτοι καὶ αὐτὴ ἡ σεμίδαλις, τὰ [1] τραγανὰ μόρια τῶν ζώων, αὐτῶν ὀςᾶ, ὠτία, [2] μύτις [3] καὶ τὰ περιτράχηλα τὰ χοιρίων, κρέας τὸ χοίρου, τὸ τῶν ἀρνίων. τοσισάκην οἱ βολβοὶ καὶ οἱ λιπαροὶ φοίνικες, οἱ χλωροὶ ὁμοίως καὶ οἱ γογγύλοι καὶ ἡ σὰρξ τῶν ὀςρακοδέρμων ἀποβαλοῦσα τὸν ζωμὸν ἐκ τῆς πολλῆς ἑψήσεως, καὶ τὰ μαλάκια καλούμενα, οἷον ὀκταπόδια, σηπίαι, καλαμάρια, μοσχῖται, τὰ μὲν ἄλλα ὀψάρια ὥσπερ θύνναι, σαῦροι, ξιφίαι. τῶν ζώων τὰ μόρια, κοιλίαι, ἔντερα, μήτρα, ὀξύγαλα, τυροὶ οἱ παλαιοὶ, τὰ δ' αὐτὰ καὶ ψυχροὺς τίκτει χυμούς· κύμινον, λιβυςικοῦ σπέρμα καὶ ἡ ῥίζα· [4] λινόκομα· κανναβόσπερμα, φάβα φρυκτὸν, βολβοὶ ἑψηθέντες ἐν ἐλαίῳ καὶ γάρῳ μετ' ὄξους ἐσθιόμενα, μάλιςα ἀπαφρισθὲν ὀξύμελι, ὥστε καὶ τὰ πνεύματα καταῤῥήγνυσιν, ἄρτοι κρίθινοι.

γλίσχρα τένοντες καὶ ἀπονευρώσεις καὶ τὰ περὶ τὰ χείλη μόρια καὶ γλῶσσα. χοίρειον κρέας. καὶ ἡ τῶν ἀρνῶν σάρξ. — Unde emendandum existimo καὶ τὰ περὶ τὰ χείλη μόρια, κρέας τὸ χοίρειον s. τὸ χοίρου.

4) Λιγόκομα MS., quod Lexicis ignotum, corruptum videtur: in Gal. *de Simpl. Rem.* VII. 11. 16 et 17. sibi subsequuntur λιβυςικόν et λινόσπερμον. Hoc quidem spectari certum putavi. Nam primo quidem recentiores Galenum fere imitantur, tum vero post λινόσπερμα apte rursum κανναβοσπέρματος fit mentio.

Cap. XIX.

Quae crudos humores faciunt.

Cicera, lupini, faseoli, ervilia, milium, fabae, palmulae virentes, lac, idque inprimis frigidum, bulbi crudiores: mel, idque coctum, vina dulcia simul et austera: ficus, et imprimis maturae et caricae brevi tempore ventrem flatu distendunt.

Cap. XX.

Quae viscosum humorem generant.

Panis fornace coctus, placentae vino subactae, liba, alia placentarum genera, lenticula, faseolorum siliquae, lupini, fabae, cetaceum piscium genus, sepiae, octipodes, ostrea, omidia, pectines, pinnae, buccinae, chamae (hiatulae?) ungues, anguillae, cochleae; cervinae carnes, caprinae, bubulae, leporinae, porcinae, iecur, renes, testes, cerebrum, mammae, linguae, lac multum coctum, ova elixa, magis assata indurata et magis etiam in sartagine frixa, castaneae, glandes, bulbi, rapa, terrae tubera, unedones, ficus maturiores, citri caro, cucumeres, pepones, mala matura, vina dulcia, magis autem sapa et mustus.

---

1) Cf. Aëtium II. 257. et 252. Nimirum apud nostrum ca- *περὶ τῶν ὅσα ὠμὸν χυμὸν γεννᾷ* et *περὶ τῶν φυσώδων* fere coniunguntur.

Κεφ. ιθ'.

Ὅσα ὠμοὺς χυμοὺς γεννῶσιν.

Ἐρέβινθοι, λουπινάρια, φασιοῦλια, αὖχος, κέγχρος, κύαμοι, οἱ χλωροὶ φοίνικες· γάλα καὶ μάλιστα τὸ ψυχρὸν, βολβοὶ οἱ ὠμότεροι· μέλι, τὸ μὲν ἑψηθέν· τῶν οἴνων οἱ γλυκεῖς ἅμα καὶ οἱ αὐστηροί· [1] σῦκα· καὶ μάλιστα τῶν ὡρίμων καὶ ἰσχάδων ὀλιγοχρόνιος ἡ ἐμπνευμάτωσις.

Κεφ. κ'.

Ὅσα ἰξώδη χυμὸν γεννᾷ.

Οἱ κλιβανῖται ἄρτοι, αἱ μουστόπιται, ἰτρία, [2] τὰ πλακοῦντα, φακῆ, οἱ λοβοὶ τῶν φασουλίων, τὰ λουπινάρια, φάβα, οἱ κητώδεις τῶν ἰχθύων, σηπίαι, ὀκταπόδια, ὀστρούδια, ὀμίδια, κτένια, πίνναι, κηρύκια, χηβάδες, σωλῆνες, ἐγχέλυες, κοχλίαι, ἐλάφεια κρέα, αἴγεια, βόεια, λάγεια, χοίρεια, ἧπαρ, νεφροὶ, ὄρχεις, ἐγκέφαλος, μαστοὶ, γλῶσσαι, γάλα τὸ ἐπίπλεον ἑψηθὲν, τυροὶ πάντες, ὀξύγαλα, ὠὰ ἔκζεστα, μᾶλλον δὲ τὰ ὀπτὰ σκληρὰ γενόμενα, καὶ μᾶλλον ἔτι τὰ ταγηνιστὰ, κάστανα, βαλάνια, βολβοὶ, γογγύλαι, ὕδνα, κούμαρα, σῦκα τὰ ὡριμώτερα, κίτρου σὰρξ, ἀγγούρια, πέπονες, μῆλα τὰ ὥριμα· τῶν οἴνων οἱ γλυκεῖς, μᾶλλον δὲ τὸ ἕψημα καὶ ὁ μοῦστος.

---

2) Cum hoc capite conf. 239 II. Aëtii. Transposui verba ἰτρὶν, φακῆ, τὰ πλακοῦντα, quae ita in cod. exhibentur.

Cap. XXI.

Quae multum nutriunt.

Porcinae carnes, bovis cerebrum, testes, cor, medulla spinae aliaque quaelibet: avium alae et anserum et volucrum omnium: duriora e testaceis veluti buccinae, cochleae, astaci, paguri, carides, octipodes, sepiae, calamaria idque genus alia: torpedo, pastinaca, raia, leviraia, squatina, muli: panes similaginei et purus e farina triticea, triticum coctum, similago, fabae, cicera, faseoli, ervilia, foenograecum, bulbi bis cocti: mel despumatum et aqua mulsa bene cocta: lupini, castaneae, lenticula, palmulae dulces, uvae passae dulces et pingues; glandes, rapa: crassa vina et rubra, magis quam haec nigra, dulcia et crassa, et austera.

Cap. XXII.

Quae parum nutriunt.

Animalium extremitates, uterus, ventriculus, intestina, cauda, aures, pinguedo: in universum totum avium genus minus nutrit quam quadrupedum, et vetustorum animalium, quam quae nondum adoleverunt. Alimentum e piscibus tenuissimum sanguinem gignit: e testaceis, quae teneram carnem habent, sicuti ostrea; panes hordeacei, panes furfuracei et confusanei, avena, milium, panicum, oryza, fabae virentes, mora, amygdalae, pistacia, corna, damasce-

Κεφ. κα'.

Ὅσα πολύτροφα.

Χοίρεια κρέα, βοῶν ἐγκέφαλος, ὄρχεις, καρδία, τῆς ῥάχεως ὁ μυελὸς καὶ ἄλλος πᾶς· τὰ πτερύγια τῶν ὀρνίθων, καὶ τῶν χηνῶν καὶ πάντων πετεινῶν· καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων τὰ σκληρότερα, οἷον κηρύκια, κοχλίαι, ἀστακοὶ, παγούρια, καρίδια, ὀκταπόδια, σηπίαι, καλαμάρια καὶ τὰ τοιαῦτα· ναρκὴ, τρύγων, βάτοι, λειόβατοι, ῥῖναι, τρίγλαι· ὁ σεμιδαλίτης ἄρτος καὶ ὁ καθαρὸς ἀλευρίτης, σῖτος ἑψητὸς, σεμίδαλις, κύαμοι, ἐρέβινθοι, φασιούλια, αὖχος, τήλη, βολβοὶ δὶς ἑψηθέντες· μέλι τὸ ἀπαφρισθὲν καὶ εὐκρατόμελι καλῶς ἑψηθὲν· λουπικάρια, κάστανα, φακῆ· γλυκεῖς φοίνικες, σταφίδες γλυκεῖς καὶ λιπαραί· βαλάνια, γογγύλια· οἱ παχεῖς τῶν οἴνων καὶ [1] ῥούσιοι, πλέον δὲ τούτων οἱ μέλανες, γλυκεῖς καὶ παχεῖς, καὶ στύφοντες.

Κεφ. κβ'.

Ὅσα ὀλιγότροφα.

Τὰ ἄκρα τῶν ζώων, μήτρα, κοιλία, ἔντερα, οὐρὰ, ὠτία, πιμελή· καθόλου πᾶν γένος τῶν ὀρνίθων ὀλιγοτροφώτερόν ἐστι τῶν τετραπόδων, καὶ τῶν γεγηρακότων ζώων ἤπερ τὰ ἔτι αὐξανόμενα. τῶν ἰχθύων ἡ τροφὴ αἵματός ἐστι γεννητικὴ λεπτοτάτου. τῶν ὀστρακοδέρμων τὰ μαλακόσαρκα οἷον τὰ ὄστρεα· ἄρτοι κρίθινοι, ἄρτοι πιτυρώδεις καὶ κυβαροὶ, βρώμη, κέγχρος, ἐλίμην, ὄρυζα, φάβα χλωρὸν, συκάμινα, ἀμύγδαλα, πιστάκια,

---

1) Aëtius ἐρυθροί, cf. Du Cang. in ῥουσαῖος, ῥουσσαῖος.

na, mala persica, rubi fructus, poma armeniaca, pruna, capparis, beta, rumex, oxylapathum, portulaca, raphanus, rapum, sinapi, nasturtium, asparagi, dauci, cepae, allium, porrum, ampeloprasum cruda nullum omnino corpori alimentum praebent, bis vero vel ter cocta pauxillum. Mala punica, pira, cucumis, uvae passae austerae, neque pingues: ficus autem plus alimenti habent, sed laxam faciunt carnem et humore redundantem, similiter uvae quoque: verum minus quam ficus nutriunt uvae.

Cap. XXIII.

Quae residuum digesta relinquunt.

Palumbes, anseres exceptis alis: viscera omnia, veluti iecur, lien, intestina, uterus, ventriculus, medulla spinae et capitis, aves in stagnis seu paludibus degentes; cicera, fabae virentes: parvuli porcelli, carnes ovium omniumque animalium vitam otio transigentium; e piscibus qui in fluviis et lacubus vivunt et in limo degunt, omniaque cetacea ex animalibus marinis.

---

1) *Κρανία* arbor apud Gal. *de Alim. Fac.* II. 38. et *de Simpl. Rem.* VII. 10. 47. — *κράνες* fructus *de Simpl. Rem.* I. 39. *τὰ κράνα de Simpl. Rem.* XI. 1. 31. et l. l. *de Alim. faç.* — Cf. Schneid. Lex. in *κράνεια.*

2) Cf. Du Cang. in voce.

3) MS. sic: *τὰ δὲ σύκα ἔχιτον πολυτροφώτερον. χαύνην. δὲ ποιῆ τὴν σάρκα καὶ σηνησμώδη ὅμοιος καὶ αἱ ςαφυλαὶ. αἰλάττιων δὲ τῶν σίκων εςαφυλαὶ τρέφουσιν.* Sed adpo-

[1] κράνα, δαμάσκηνα, ῥοδάκινα, [2] ματζάναι, βερίκοκκα, προῦνα, κάππαρις, σεῦτλον, λάπαθον, ὀξυλάπαθον, χοιροβότανον, ῥάφανον, γογγύλη, σίνηπι, κάρδαμον, ἀσπάραγοι, δαυκία· κρόμμυα, σκόροδα, πράσα, ἀμπελόπρασα ὠμὰ οὐδόλως τροφὴν δίδωσι τῷ σώματι, ἑψηθέντα δὲ δὶς ἢ τρὶς ὀλιγίστην, ῥόδια, ἄπια, κολόκυνθα, σταφίδες αἱ στύφουσαι καὶ μὴ λιπαραί· [3] τὰ δὲ σῦκα ἔχει τὸ πολυτροφώτερον, χαύνην δὲ ποιεῖ τὴν σάρκα καὶ σομφώδη· ὁμοίως καὶ αἱ σταφυλαί· ἔλαττον δὲ τῶν σύκων αἱ σταφυλαὶ τρέφουσιν.

Κεφ. κγ'.

Ὅσα περιττωματικά.

Φάσσαι, χῆνες πλὴν τῶν πτερύγων· σπλάγχνα πάντα· οἷον ἧπαρ, σπλὴν, ἔντερα, μήτρα, κοιλία, ὁ μυελὸς τῆς [4] ῥάχης καὶ ὁ τῆς κεφαλῆς· τὰ ἐν ταῖς λίμναις βοσκόμενα ὄρνεα· ἐρέβινθοι, κύαμοι χλωροί· τὰ μικρὰ χοιρίδια, τῶν προβάτων ἡ σὰρξ καὶ πάντων τῶν ζώων τῶν ἀργῶς βιούντων· τῶν ἰχθύων οἱ ποτάμιοι καὶ λιμναῖοι, καὶ οἱ ἐν βορβόρῳ διαιτώμενοι καὶ πάντα τὰ κητώδη τῶν ἐν θαλάσσῃ ζώων.

---

nenda Aëtii verba, quae cum his conveniunt, cf. finem cap. 249. II. σῦκα δὲ οὐχ ὁμοίως ταῖς ἄλλαις ὀπώραις ὀλιγότροφα, σομφώδη δὲ ποιεῖ τὴν σάρκα· σταφυλαὶ δὲ ἔλαττον τῶν σύκων τρέφουσι χαύνῃ καὶ πλαδαρᾷ σαρκί. His collatis mihi licere credidi σομφώδη pro σηνησμώδη legere.

4) Cf. Du Cang. in voce.

Cap. XXIV.

Quae attenuant.

